

facere ea, quae ad id faciendū sunt, ac praeterea id maxime velle sub iisdem conditionibus, quas Deus vult: videmini namque mihi dicere Auditores, ad hoc tandem, ut reipia salvemini, satis esse Dei praecipia servare, quandoquidem Salvator ipse nihil praeterea requirit: *Si enim ad vitam ingredi, serva mandata.* (Matth. 19.) Patet Auditores, neque ulterius quidquam postulo, sed mandata servanda sunt, secundum eam latitudinem, quam legis verba significant. Sed si paucissimi hoc pacto illam observant, & longe pauciores, quam putatis; nonne conturbemini etiam paucissimos esse, qui salvi fiunt? Vultisne, simul rem excutiamus, & unum, vel etiam alterum praceptorum vocemus ad trutinam? Deum amare omnibus viribus, & plus quam seipsum, hoc primum est. Heu! quotusquisque illud perfecte, & adamussim observat? Nam praeterquamquod si Deus amaretur, ut iubet, nunquam laderetur; undenam fit, ut ubi de vestra agitur utilitate, ardentes, etiam adeo, & contra adeo frigidis, & glacie concreti videamini, cum de Dei negotiis agatur? Si Deus praeter ceteris mundi rebus amaretur, minimum quicquam nos ab illius cultu deterreret? Amare proximum sicut seipsum: hoc est alterum. Quotusquisque illud quantum est, diligenter adimplet? Si enim illum diligeretis, uti opus est, possitis ne pati illum fame enectum interire, cum interim laute, ac epipare conantes ventri indulgeris? Hoc fieri nequit. Si per otium mihi liceret singula praecipia, eaque diligentem excutere, Sed ex primis duobus de reliquis facilis patet conjectura.

Accedit his, ad salutem suam operandam, duo tantum generatim loquendo sunt media, & vitæ omnimode necessariae, quin aliunde suppleri possit alia qualibet ratione: Sunt autem innocentia, & penitentia; per harum alterutram necessario est incedendum. Priorem pauci sequuntur, & tanquam miraculum habetur, si quis hanc tuetur integritatem, quam a Sacro Baptismatis fonte hausit, usque ad extremum vitæ spiritum. Quod tamen nobis magnam terrorem debet incutere illud est, quod Sanctus Ambrosius, qui tot omnium conditionum mortales cognoverat, tot conscientias direxerat, asserit, sibi facilius fuisse invenire qui hanc servaverint innocentiam, quod adeo rarum est, quam eos, qui postquam illius per peccatum iacturam fecerant, eandem congrua poenitentia reparassent. *Facilius invenit qui innocentiam servaverint, quam qui dignam post peccatum egerint poenitentiam.* (Lib. 1. de Panis.) Heu! bone Deus quot peccata in hoc mundo! quoniam Propheta comparat illa terræ totius carchylismo! *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & fursum, & adulterium inveniaverunt.* Quid tantum scelèrum, ac scelestorum, poenitentia vero adeo parum, ut ipsa etiam innocentia sit infrequentior?

Post hæc mirum ne esse debet, si Sancti Patres, ut intellexerimus exiguum praedestinatorum numerum omnibus utuntur Sacrae Scripturae figuris, modo Israelitarum, quorum duo tantum in Terram promissam ingressi sunt, cum sexcenta capivum millia egressa fuissent de terra Egypti, modo universalis diluvii, quo totus terrarum orbis inestitimo naufragio absorptus fuit, excepto Noe, & eius familia: si

alii damnatorum numerum comparant grandini in terram beatam, vel floccis nivis per aëtem volantibus; & ipsa Scriptura asserit, infernum aperiri, ac dilatari, ad significandam multitudinem eorum, qui quotidie illis praecipios corrumpunt: *dilatavit inferni animam suam.* (Iesai. 66.) sed praedestinati, qui salvantur, sunt exigui in numero delecto ex immensi illa multitudine: *Multis vocati, pauci vero electi.* Pauci racemi, qui post vindemiam in vita supersunt, & qui vintorum oculos fetulerunt: pauci oleae, quae in arbore romanent, postquam fructus concussa sunt, atque itatis impalibus quatata; pauci arista, quae in agro post messem reliquæ sunt. Nemo est Auditores nisi incredibili & pora fuerit percussus, qui terreri non debeat: quoniam hæc sunt similitudines, & locutiones, quibus licet asserat Textus, ut nobis exiguum hunc numerum præbeat intelligendam. Hæc terribilis veritas, ubi sumus? Quis non trepidabit, Auditores, id cogitans? Sed ne in aliud incidamus extremum, quod est dissidentia, & desperatio, nam quantumvis esse possit hic numerus, nostrum erit in eo locum invenire, & inde non nisi incuti, vel improbitas nostra vobis prohibere.

Uti autem hæc Sermo finis fiat, vestram est eam conclusionem adijcere qualem tanta hæc meretur veritas; nam quoniam non nisi infra culpa accedere potest, ut parvo hoc in numero non finis, illorum videlicet, qui sese sanctificant; & negligencia atque improbitas nostra sunt nostri interitus causa; opus est, ut antequam ex hoc loco pedem efferamus, hoc iam consilium serio adnitemini, ut quidquid accidat, vel nobis statutum sit, nosmet sanctificemus. His verbis hominum sapientissimos admirabiles Sermones concludit suos: *Fitur loquendi omnes patres audiant. Deum time, & mandata eius observa. Hoc est enim omnis homo.* (Ecclesi. 12.) Qui vellet dicere: postquam propulerat praecipia, & vitæ regulas pro omnibus statuit, & conditionibus, hoc esse proprium omnium generatim, & singillatim cogitare de salute sua per Dei timorem, eisque praecipiorum observantiam: *Hoc est enim omnis homo.* Videlicet secundum Sancti Hieronymi interpretationem; Homo ad id unum factus est, & quomodo addit Sanctus Bernardus: *Si hoc est omnis homo, ergo hoc nihil est omnis homo.* Si homo ad id unum factus est, ergo si de hoc sollicitus non est, frustra ille est super terram. Hæc in re deliberandum est; neque enim utquam de extremo sine deliberata. Potestis quidem statuer, utrum hoc, vel aliud vitæ genus sitis amplecti; sed iobis deliberandum est, utrum salvemini, an secus; ad ad id unum sumus in Mundo. Sin autem incertissima hæc cogitatione nostra exigui numeri eorum, qui operam dei sui ipsius sanctificationi, negligimus serio de hac re celtare, ac serio nervos omnes intendere, qui legit futurum! *Ab! quomodo nos effugiamus.* Sanctus Paulus apostolus exclamat, *si vitam neglexerimus saltem?* Vobis nobis! Quam enim spem habere possumus! Mihi persuadeo Auditores, & momento, quo loquor, vos iam capere consilium; ita ut nihil super sit nisi exequi illud: hæc ratio erit invenienda locum in hoc parvo electorum numero, cui Deus æternæ gloriae suae reservat hereditatem.

CONCLUSIO.

48181

F I N I S.

